

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ




THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2




LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERES (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





BENEDICTVS Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis qui cum vniuersam generis humani massam iuste videret esse damnatam, ineffabili sua misericordia, & gratiæ suæ largitate à miserabili perditionis statu voluit eam liberare. Sed quis erit tantæ liberationis modus? Non poterat aliquid ad istam liberationem natura, quippe quæ de suo non habebat nisi mendacium & peccatum: Non poterat tribuere iustitiam lex aut doctrina, si enim per legem data esset iustitia, Christus gratis mortuus est: Non erat salutis & veræ iustitiæ status verus testamentum, quia scilicet nemo apud Deum iustificabatur in eo, nec gratiam per se conferebat per quam homines possent implere quod Deus mandabat, & vitare quod verbat. Frustra igitur inter homines medicum quæreres, quia cum omnes peccauerint in Adamo, ipsi egent medico: Frustra sanitatem aut reparationem ab Angelis expectares, nulla si quidem pura creatura quibuscumque gratiis & auxiliis prædita pro suo vel alterius lethali peccato condignè Deo satisfacere potest.

VBI venit plenitudo temporis, magnus de celo venit medicus. quia magnus in terra iacebat ægrotus: venit ut morbis & vulneribus hominum mederetur, tum iis quæ ex origine traxerunt, tum iis quæ insuper addiderunt, cum hoc tamen discrimine quod principaliter venerit propter originale peccatum ex quo omnia peccata hominum infolici quadam fecunditate promanant: Venit ut quæreret & saluum faceret quod perierat, si enim homo non periisset nequaquam secundum scripturam Sacram & Ecclesiæ Patrum communem consensum, filius hominis venisset in mundum, saltem ex vi decreti præsentis quod Deus habuit de rebus creandis. Ineffabili Diuini Verbi vniõis cum natura humana possibilitas, sicut ab homine, vel ab Angelo lumine naturali cognoscitur non potest; ita nec eius impossibilitas ab utroque potest demonstrari. Non erat hæc mirabilis œconomia & dispensatio, hæc singularis Diuini verbi cum carne communio absolute & simpliciter necessaria ad salutem hominum; sed tantum secundum quid, & ex hypothesi quod humani generis reparatio fieri deberet per condignam satisfactionem quæ à nulla pura creatura, etiam secundum Patres, poterat exhiberi.

NON defuit Deo, cuius potestati cuncta æqualiter subiacent, alius possibilis modus quo nos potuisset à massa perditionis redimere, poterat enim vel ex mera sua misericordia & liberalitate totam offensam homini condonare, vel ab homine qualemcumque satisfactionem non secundum strictam & perfectam iustitiam exigere & acceptare. Sanandæ tamen nostræ miseriæ non fuit alius nec potuit esse modus magis conueniens quam incarnatio verbi; neque enim vi ex morte eripendens homo; neque diabolus in cuius potestate traditus erat, potentiâ Dei sed iustitiâ fuit superandus: opus autem erat quod ille qui sic eriperet nos de potestate tenebrarum esset Homo-Deus, quia purus homo satisfacere non poterat, Deus vero satisfacere nec poterat, nec debebat; vnde Deum hominem Christum esse oportebat, cuius satisfactio tanta fuit ut omnem superauerit hominum malitiam reddendo plusquam æquiualens; tam stricta, tam perfecta & ad æquata ut fuerit ad alterum, ex propriis bonis & ex aliis indebitis, ac proinde vsque ad summus iuris apices. Christus ego pro nobis redimens solus poterat Deo condignè, strictè, & ex rigore perfectæ iustitiæ satisfacere, ut actu & de facto satisfecit.

CVM Audis, *Verbum caro factum est*, in verbo intellige cum Nicænis Patribus aduersus Arium, verum Dei filium consubstantiali Patri, Deum verum de Deo vero: in carne agnosce cum Ephesina Synodo contra Manichæos verum hominis filium in forma serui, natum ex muliere factum sub lege; non enim phantasticam habuit carnem, ut mentitus est Manichæus; aut de celo traxit, ut somniauit Valentinus; aut de solis elementis conflauit, ut fabulatus est Apelles; sed veram de Virgine fumpfit, virginitate non violata, sed consecrata; & naturam nostram fragilem & infirmam induit, nec illam reiecit; sed propria communicata substantia sublimauit in Deum. Non eas solum partes assumpsit Christus quæ constituunt hominis naturam, sed aliquas etiam quæ pertinent ad eius integritatem. Ne igitur sanguinem, & si quid præterea eiusmodi est ab augusta tam admirandæ vniõis participatione diuillas; Etenim nihil hîc sine ordine factum est, ubi peracta sunt omnia sapienter; ipsa quippe magnitudo diuinæ virtutis animam sibi rationalem & corpus humanum totumque hominem coaptauit.

DVAS in Christo esse naturas diffiteri nemo potest, nisi velit à Concilio Chalcedonensi anathemate damnari cum Eutychete Archimandrita, qui cum ante verbi incarnationem duas naturas admitteret, post incarnationem non nisi vnâ in Christo fatebatur, corpuseque Christi nobis esse consubstantiali pernegabat. An verò crediderit duas illas naturas in vnâ coaluisse, sicut anima & corpus in vnum hominem; an è contra, naturam diuinam in humanam; aut vice versa naturam humanam in diuinam fuisse conuersam affirmauerit, nihil est quod dicam. Quidquid sit, consistemus cum Patribus Chalcedonensis Concilij Christum Dei Filium vnigenitum, coessentiali nobis secundum humanitatem, in duabus naturis inconfusè, inconvertibiliter, indiuisè & inseparabiliter agnoscendum. Nec minus iuste in Ephesino Concilio damnatus est Nestorius qui Christum in duas personas aut hypostasies diuidens, eum qui bimestris aut trimestris factus esset, Deum appellare erubescerebat; Nec Mariam Θεοτόκον, sed Χριστοῦγενετρίαν tantum volebat nominari; iacebat enim filium hominis progressu temporis meruisse ut Dei filio iungeretur, non quidem per se & per suam substantiam, sed accidentario tantum, & secundum inhabitationem, vnitatem affectus, aut honoris dignitatem.

NOVO sed non dissimili prorsus errore delusi sunt Fœlix & Elphandus qui retenta vnitatis personæ Christum secundum humanam naturam filium Dei adoptiuum esse afferebant; quam ob causam præcisè damnati sunt in Concilio Francfordiensi: licet enim nihil prohibeat Christum dicere Patri subiectum vel seruum secundum humanam naturam, nullo tamen modo dici potest filius adoptiuus qui est proprius & naturalis Dei filius; filius inquam non totius Trinitatis, sed (ut determinauit Concilium Toleranum,) solius patris altissimi. Cui doctrinæ non repugnat duplex Christi natiuitas, æterna nam ex patre sine matre; sed temporalis altera ex matre sine patre: ne autem per temporalem natiuitatem filij nomen ad alterum transiret qui non esset æterna natiuitate filius, non pater carnem assumpsit, neque Spiritus Sanctus, sed solummodo filius, cæsi ipsam carnis assumptionem Trinitas tota inseparabiliter operata sit. Omnia itaque duplicia, retentâ vnitatis suppositi in Christo secundum Euangelicam traditionem asserimus, ita ut & diuina natura omnia quæ diuina sunt habuerit, sicut & humana natura quæ humana sunt exceptis peccato, ignorantia & formite peccati.

VNDE non est audiendus Apollinaris qui mentem humanam Christo denegabat; non audiendi qui mentem Christi non aliâ quam æterna Dei sapientiâ & scientiâ sapientem atque scientem esse docuerunt, cum in Christo præter scientiam increatam sue diuinam tres generatim debeant admitti, beata nimirum, infusa & acquisita. Per scientiam beatam cognoscit Christus omnia possibilia, videt infinita, & diuinam statim à conceptione non raptim (sicut de Moyse & Apostolo affirmat August.) sed permanenter intuetur essentiam; & ideo simul erat comprehensor, in quantum habebat beatitudinem propriam animæ; & simul viator, in quantum secundum passionem corporis tendebat in id quod ei deerat de beatitudinis integritate. Tamen autem anima Christi longe perfectius & clariùs Deum videat quam quævis alia creatura, quia propter intimam coniunctionem cum verbo abundantiorum recipit influentiam luminis, non tamen propterea Deum comprehendit, nec potest comprehendere. Per scientiam infusam, de præteritâ solâ essentiâ diuinâ clare videndâ, nouit omnia quæ sciri possunt, siue ea quæ per scientias naturales, siue illa quæ per diuinâ reuelationem Angelis & hominibus innotescunt.

PER scientiam acquisitam seu experimentalem cognouit Christus plurima, non autem omnia, quæ sciri possunt siue per lumen intellectus agentis, siue per abstractionem ab obiectis sensibilibus; in ea profecit dum ætate proficeret, nec tamen quidquam ab angelis & hominibus didicit: quare meritò ridemus illud commentum veteribus hæreticis & fabulatoribus quo fingitur Christus sub ludi Magistro prima S. Ilabarum elementa cum puerulis ediscens. Nec ferre possumus illos qui volunt eum iudicij diem nesciuisse, & multorum ignoracione præterea laborasse. Sicut in Christo duplicem scientiam agnoscimus creatam scilicet & increatam, ita duas voluntates naturales & operationes, diuinam & humanam cum sexta Synodo œcumenica contra Monothelitas defendimus, à quorum hæresi & damnatione Honorium vindicare hucusque multi conati sunt, quod an effecerint necne: eruditorum esto iudicium. Nullus sanè probare vnquam poterit sancti huiusce & œcumenici Concilij acta fuisse corrupta quæ à Pontificibus & à plenariis & Prouincialibus Synodis etiam Romæ habitis, fuerunt recepta, approbata & confirmata; testes etenim sunt hac in re omni fide maiores. Condemnauit etiam prædicta Synodus œcumenica monothelitarum hæresi Cyrum & Petrum, Paulum & Theodorum, Sergium & Pyrrhum, Macarium, cuius sextæ Synodi acta Leo 2. Pontifex Maximus approbauit.

OR A VIT vere Christus Dominus, nec est quod hîc aliquis insidiatrices aures aperiat, ratus Dei filium quasi infirmum & impotentem rogasse ut impetraret quod implere non poterat, toties enim exauditus est pro sua reuerentia quoties exaudiri absolute voluit. Totus est Ecclesiæ caput siue triumphantis siue militantis. Sacerdos fuit in æternum secundum ordinem Melchisedech, non Aaronicum: simul fuit & hostia pacifica, hostia pro peccato & holocaustum. Sacerdotio regiam maiestatem addidit, habens in femore scriptum *Rex Regum, Dominus Dominantium*. Regnum non terrenum sed spirituale Ecclesiæ constituit, & vix aliâ potestate regia vix est, nisi quando adorari à magis in vrbe Bethleem simulque rex ab ipsis voluit appellari; an vero Christum adorauerint Magi in præsepio paucis post natiuitatem diebus, an in domo post vnum aut alterum annum non satis perspicio; postremum tamen facilius imo & scripturæ videtur magis conformare. Nusquam angelos apprehendit sed semen Abraham, nec tamen propterea in Abraham benedictionem accepit aut decimas dedit. Fuit vere Propheta & legislator qui quatenus homo per sanguinem suum reconcilians omnia mediator fuit hominem inter & Deum patrem misericordiarum & Deum totius consolationis *qui proprio filio non pepercit*.

Has Theses, Deo solo Præside, deffensusus sedebit GVILLELMVS LE GOBIEN Macloheus, sacre Theologia Facultatis Parisiensis Baccalaureus: è Regia Societate Nanarrica, Die Martis 2. mensis Octobris Anno R. S. H. 1657. à sexta matutina ad sextam vespertinam.

IN SORBONA.

PRO VIGESIMA-PRIMA SORBONICA.